



## AD LECTOREM

### Præfatio.



ACOBUS Bessonius Delphinus, regis Callorum ingeniosissimus Mathematicus, ut ex abstrusissimis mathematicarum & mechanicarum artium fontibus hauriret, excoleretque ea que Rebus pub. maximè conducere & præclariorum ingeniorum studijs satisfacere possent, multa vita incommoda aspernari, discrimina plura subire, longissimas difficultasque peregrinationes suscipere, omnem etatem consumere, nullum studium aut laborem detrectare voluit: quæ si effugere, & ab ineunte etate antiquorum solummodo autoritate & meditationibus interpolatis munitus famam sibi comparare cogitasset, illam quam pro virili in omnium utilitatem professus est, rerum abstrusarum cognitionem non esset asecutus. At inter præclara sublimis ingenij & ingeniosarum cogitationum viri monumenta, mirando artificio constructa, visendum se præbet immensis laboris Theatrum, instrumentis & machinis tum visu iucundissimus tum opera ultissimus refertum. Sperabat ille in studiosorum gratiam huic operi plures tabulas addere, & explicationem subiungere quæ minus in Mathematicis exercitatos doceret. Sed cum præteriorum laborum recordatio, tum eorum quos suscipiendo esse videbat difficultas, in ancipi vita gente hominem sapissime constitutum ab instituto reuocaret: veritus etiam ne dum opus perfectum & numeris omnibus absolutum moliretur, morte præuentus, melior hæc pars secum interiret, præclarissimos quodam artifices natus, quæ tibi offerimus & ne istabulis insculpenda curauit. Dum vero & laboriosi huius Theatri explicationem, & nouarum etiam inuentionum appendicem, atque nonnullæ alia haud inferioris notæ opera aggreditur, Geometricarum videlicet linearum consequenter proportionalium inuentionem, Elementa conuertendarum obliquarum magnitudinum in rectas duobus libris, & tertio utriusque <sup>etc</sup> excitationes, omnia eo ingenij acumine iuventa atque excoigitata, ut quidam Mathematicum peritissimi nihil unquam in Mathematicis extitisse utilius affirmarent: sibi, & alijs quibus natus erat, viuere desit. Interea omnes admonitos volumus, nullam in hoc opere instrumentorum, nullam machinarum picturam, nisi nouam & Bessoni marte inuentam, productam (etiam si nonnullos eius familiari colloquio edoctos, quedam non multum dissidentia circunferre non puduerit) atque etiam experientia comprobata, necnon firmissimis rationibus & necessarijs argumentis, cum ex Mathematicis, tum ex Physicis suffultam circumseptamque esse: idque adeo ut affirmare audeamus non esse otiosi aut delicati hominis, vel in umbra educati opus: qui ed eius dura multa pertulerit, maximasque facultates insumpserit: & ut paucis absoluantus, liuoris & ingratitudinis morbo (nisi det meliora) laborare videbitur, cui opus tot præclaris machinis & instrumentis ornatum non satisfecerit. UALE.